

EPISTOLAE VIVIS.

quæcunque euenerint, non erit in manu principum præstare, quod receperint Principi. At ecclesiastæ illi in potestate dicuntur habere populorũ animos. Quid aliud restat, quàm vota facere, vt res ex commodo Ecclesiæ succedat. Vale.

Vives. D. Gulielmo Budæo S.

*Egruicia com,  
mendatua.*

**R**euocarem te ad intermissam nostram scribendi cõsuetudinem, ni metuerem ne impudenter viderer facere, qui tibi homini publicis functionibus occupato negocium adderẽ, hoc est, faceßerem. Itaque non postulo, vt tam crebrò mecum per literas alloquare, quàm aliquando facere es solitus, quod erat mihi quum delectationis plenissimum, tum etiã fructus. Interdum tamen rogo te ne graueris aliquid ad me literarum dare. Nam hoc velim mihi credas, nihil amicitia nostra esse mihi iucundius: & gratis-  
simum